

gezuck Tice Bulinc der burgeremeister, Cunrat Bulinc, Ludewic von Vriberc, Petir Cremer, Johannes Schile vnde andere me gutir lute.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den Siegeln der Stadt und des Jacoph Groze an Pergamentstreifen.

No. 34. 1316.

Conrad genannt Buling verkauft an das Hospital den ihm von diesem geleisteten jährlichen Pfefferzins.

Ad notitiam singulorum tam praesentium quam futurorum cupio pervenire, quod ego Conradus dictus Buling vendidi cum consensu filiorum meorum hospitali iuxta Dresden duo talenta piperis, quae mihi nomine census seu pensionis a dicto hospitali annis singulis solvebantur, eidem libere resignavi perpetuo possidenda. Ne igitur hoc factum cuiuspiam contradictio vel ignorantia valeat obumbrare, hanc paginam sigilli mei munimine consignavi. Ad evidentiam vero certiore ego Nicolaus Monetarius sigillum meum duxi praesentibus apponendum. Testes huius facti sunt frater Alexius custos Misnensis et frater Otto gardianus Suselicensis et frater Lampertus et ceteri plurimi fide digni. Datum Dresden anno domini M^o. CCC^o XVI.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den Siegeln des Conrad Buling und des Nicolaus Münzmeister an von der Urk. selbst z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen.

Hasche Urkundenb. S. 90.

No. 35. 1319. Sept.

Dreizehn Erzbischöfe und Bischöfe ertheilen denjenigen, welche an bestimmten Festtagen die Kreuzkirche in Andacht besuchen, beim Abendläuten mit gebogenen Knien drei Ave Maria sprechen, oder welche gegen die Kirche sich mildthätig erweisen, zu der Brückenbaukasse beisteuern oder den Bau selbst durch Wort oder That fördern, Ablass und Bischof Johann von Meissen bestätigt und vermehrt denselben.

Universis sanctae matris ecclesiae filiis, ad quos praesentes litterae pervenerint, nos miseratione divina Dominicus patriarcha Gradensis, Petrus Ragusinus, Reymundus Adrianopolitanus archiepiscopi, Petrus Civitatis Novae, Egidius Andrinopolensis, Nicolaus Argolicensis, Guillermus Cunaniensis, Johannes Recrehensis, Andreas Crohensis, Zacharias Suacinensis, Petrus Narniensis, Guillermus ad partes Tartarorum, Laurentius Waciensis episcopi salutem in domino sempiternam. Splendor paternae gloriae, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperantium tunc praecipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuvatur. Cupientes igitur, ut ecclesia sanctae Crucis in Dresden Missenensis diocesis et ut structurae pontis trans fluvium dictum Albea ad communem utilitatem viatorum ibidem transeuntium complendae piis fidelium elemosinis subveniatur ipsaque ecclesia congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dictam